desp(ir)ato et sic curatur. **Forma extrahendi succum a tapsia**

Tapsia est planta que oritur in terra sc(ilicet) in segilmesa q(uasi) assi-
latur plante balaab in figura sua. Et lacrima eius extrahitur
in hunc modum fodias terram circa radicem eius ita q(uod) me-
dium detegatur a terra et sit fovea rotunda circa radicem deinde
scindatur cortex eius et incipiat fovea usque mane et collige
super radicem lacrimam claram in modum quod collectis et sicca et serva
Et lacrimam istam nominatur tapsia. Et qui volunt extrahere suc-
cum radicis eius fodeant et extrahant radicem et purget
eam a terra et exprimat eam cum torno et extrahitur succus et
siccet in sole in vase fictili grosso vitriato et servat. Et sunt
qui terunt folia cum radice simul et sic exprimunt succum. Et iste
succus est debilis virtute. Et differentia corporis eius quod succus ex radi-
ce sola est pinguis et spissus. Et succus foliorum et radicum
simul est humidus. Et succus radicis quod hi administrant succum foliorum
desiccata et facit vesicare propter inmulcratione quam habet
Et oportet quod ille qui extrahit lacrimam eius non extrahat ipsam
in die ventoso. Et caveat ab odore vaporis eius et quod non
tangat eum in aliquo membro nudo ita ipse inflaret totum
Et fiet vesicatum totum id quod ex membris eius est detectum pro
subtilitate eius. Et liniat cum hoc membra sua nuda cero-
roto liquido vel cum oleo rosato. Et virtus corticis radicis tap-
sie est virtus succi eius et lacrima eius est laxativa. Et narrat
mi quidam amicus meus fidelis quod ex sarracenis sunt qui volunt
contervisare aliquam partem corporis aut mundare aliquod super-
fluum membro aliquo ponunt super illud de ista planta. Ita quia
urit sic ignis et facit operationem cauterii. **Forma extrahendi succum a cucumere asinino**

Recipe de cucumeribus illos qui sunt bene maturi et
dimitte eos sic collectos una nocte deinde accipe
vas et pone super ipsum cribrum et pone super cribrum
cultellum confirmatum ita quod acies eius sit versus partem super-
iorem et acuito usque cribrum et divide cucumeres per medium
singulariter super cribrum et exprime bene id quod est in eis de
humiditate super cribrum donec descendat in vas suppositum
et quod cadit de carnositate super cribrum donec descendat
cum tota substantia eius per cribrum in vas deinde pone super id totum
quod collectum fuit ex eis aquam dulcem et quandoque ponunt
aquam maioranam et lava bene et proice aquam et sic quousque
...lavare cum aqua pura quod egressa est a cucumeribus
substantia que remansit super cribrum et misce bene et co-
operiatur cum panno et expectat donec descendat grossicies
ad fundum vasis et supernatet subtilitas et aquositas que
ubi a grosso. Et cum hoc feceris aufer aquositatem eius et
proice leviter tota. Et si remanet aliquid desuper subtili
aquoso collige cum spongia vel cotto. Et pone grossiciem
in vase lapideo et tere ipsum die optime quousque inspissetur